conuersati sunt in ecclesia et docuerunt
turbam multam ita ut cognominaren-
tur primum antiochie discipuli christiani.
In hiis autem diebus ab ierosol- xxxvi
limis prophete superuenerunt antiochi-
am. Et surgens unus ex eis nomine
agabus significauit per spiritum famem
magnam futuram in uniuerso orbe
terrarum que facta est sub claudio.
Discipuli autem prout quis habebat propo-
suerunt in ministerium mittere habi-
tantibus in iudea fratribus. Quod et fecerunt
mittentes ad seniores per manus barnabe
12 Eodem autem tempore xxxvii et sauli.
misit herodes rex manus ut af-
fligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem
iacobum fratrem iohannis gladio. Videns
autem quia placeret iudeis apposuit
apprehendere et petrum. Erant autem
dies azimorum. Quem cum apprehendisset
misit in carcerem tradens quatuor
quaternionibus militum custodiendum
uolens post pascha producere eum populo.
Et petrus quidem seruabatur in carcere
oratio autem fiebat sine intermissione ab
ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus
eum esset herodes in ipsa nocte e-
rat petrus dormiens inter duos mili-
tes uinctus catenis duabus et custo-
des ante ostium custodiebant carcerem.
Et ecce angelus domini astitit et lumen
refulsit in habitaculo. Percussoque late-
re petri excitauit eum dicens. Surge
uelociter. Et ceciderunt catene de ma-
nibus eius. Dixit autem angelus ad eum.
Precingere et calcia te caligas tuas.
Et fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi
uestimentum tuum et sequere me. Et
exiens sequebatur eum et nesciebat
quia uerum est quod fiebat per angelum.
Estimabat autem se uisum uidere. Tran-
seuntes autem primam et secundam custodi-
am uenerunt ad portam ferream que
ducit ad ciuitatem que ultro aperta
est eis. Et exeuntes processerunt uicum
unum et continuo discessit angelus
ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit.
Nunc scio uere quia misit dominus angelum
suum et eripuit me de manu hero-
dis et de omni expectatione plebis iu-
deorum. Consideransque uenit ad do-
mum matris iohannis marie qui cog-
nominatus est marcus ubi erant
multi congregati et orantes. Pulsan-
te autem eo ostium processit puella ad ui-
dendum nomine rode. Et ut cogno-
uit uocem petri pre gaudio non aperuit
ianuam sed intus currens nuntia-
uit petrum stare ante ianuam. At
illi dixerunt ad eam. Insanis. Illa
autem affirmabat sic se habere. Illi autem
dicebant. Angelus eius est. Petrus autem
perseuerabat pulsans. Cum autem aperuis-
sent ostium uiderunt eum et obstu-
puerunt. Annuens autem eis manu ut
tacerent narrauit quomodo dominus e-
duxisset eum de carcere. Dixitque. Nun-
tiate iacobo et fratribus hec. Et egressus
abiit in alium locum. xxxviii
Facta autem die erat non parua tur-
batio inter milites quid nam
de petro factum esset. Herodes autem
cum requisisset eum et non inuenisset
inquisitione facta de custodibus iussit
eos duci. Descendensque a iudea in ce-
saream ibi commoratus est. Erat autem
iratus tyriis et sydoniis. At illi una-
nimes uenerunt ad eum. Et persuaso
blasto qui erat super cubiculum regis
postulabant pacem eo quod alerentur
regiones eorum ab illo. Statuto autem die
herodes uestitus ueste regia sedit pro